



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 17. Mandata Delegatis ad Eugenium data

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tur, declarans, transgressores veluti pa- Sæcul. XV.  
cis publicæ hostes, ac regni rebelles ca- A.C. 1442.  
stigandos. Dein communi Principum  
consensu quædam conditæ sunt leges,  
quæ Eugenio Papæ offerrentur, ad resti-  
tuendam Ecclesiæ pacem idoneæ, data-  
que regula, quam Delegati, Eugenium  
& Basileenses adituri, observare tene-  
rentur.

§. XVII.

*Mandata Delegatis ad Eugenium  
data.*

Præscripta agendi norma hunc in mo- Att. Patric.  
dum concepta erat: Omnes Impera- to. 13. Conc.  
toris ac Principum Legati ad diem festum p. 1602.  
S. Galli Tridenti conveniant: venerentur  
Eugenium ut Romanum Pontificem,  
quem mox ut adierint, expositis ratio-  
num momentis, ob quas tamdiu in dene-  
gatione obedientiæ perseveraverint, Cæ-  
farem, & Principes excusent: Dein ex-  
ponant, Imperatori nullum aptius ad pa-  
cem Ecclesiæ conciliandam medium vi-  
deri, quam Generale Concilium; qua-  
propter Beatissimum Patrem rogent, ut  
illud intra unius anni spatium celebrari  
curet, & quandam ex civitatibus mox  
recensendis feligat, proponant autem Ra-  
tisbonam, Treviros, Metas, Argentinam,  
Constantiam, aut si malit Papa Triden-

B 2 tum,

Sæcul. XV tum: si forte Galliarum Rex hanc Syno-  
 A.C. 1442. dum intra Regni sui fines celebrari eni-  
 xijs postularet, ipsi Germaniam huic ne-  
 gotio longe magis opportunam esse, o-  
 mni modo Eugenio persuadeant, expo-  
 nentes, quod hæc regio summa tranqui-  
 llitate floreret, ab omni bellorum tumultu libera esset, atque aliunde conveniens  
 foret, ut ubi schismatis zizania crevi-  
 sent, ibi pacis olivæ plantarentur. De  
 cetero modus procedendi in Concilio i-  
 psijs Synodi curæ relinquatur. Pontifice  
 autem ejusmodi Synodus convocare  
 renuente, ad Cæsarem tale jus devolu-  
 tum esse censeatur; si vero Eugenius  
 objecta sibi crimina diluere desideret, e-  
 jus excusatio neque admittatur, neque  
 respuatur; Delegatis infra unius Mensis  
 terminum Papæ responsum, & quidem  
 scripto significetur, hi vero, priusquam  
 proficiscantur, sacramento se obstringant,  
 quod nihil omnino a summo Pontifice  
 postulare, nec etiam sponte oblatam ali-  
 quam gratiam, beneficia, vel dignitates  
 recipere velint, idem quoque obseruent,  
 qui ad Basileense Concilium mittendi fo-  
 rent, nec Felici ut Pontifici ullam ex-  
 hibeant reverentiam, sed nonnisi per In-  
 ternuncios cum eo agant. Tandem Cæ-  
 sari atque Principibus legationis suæ ra-  
 tionem reddant ante Festum Beatæ Vir-  
 ginis purificatæ, quo tempore Norimber-

gæ

gæ hac super re conventus celebrabitur. Sæcul. XV.  
Hæc acta sunt in comitiis Francofor- A.C. 1442.  
dienibus.

§. XVIII.

*Imperator redux Basileam proxime  
præteriens, nec tamen urbem  
ingressus.*

Basileenses comperta hac sententia summo mœrore affiebantur, spe sua de-to. 13. Conc. Iusi. qua Principes causæ propitios fore, p. 1603. eorumque consiliis accessuros existimabant. Exinde Imperator suos Basileam Legatos decernebat, Sylvestrum Episcopum, Thomam Haselbach, aliosque, qui Basileensibus Francofordiensis conventus decretum referrent. Ipse vero redditum maturaturus, itineri sese accinxit, cumque prope Basileam ob viarum opportunitatem transiret, die decima quarta Septembbris plures Cardinales eidem obviam procedentes eum rogarunt, ut urbem præsentia sua honorare vellet, sed Cæsar repulsa eis data duntaxat postulavit, ut Legatis a se nominatis aures præberent. Hi Basileensibus exponebant, Imperatorem in ea esse sententia, ut infra annum Generale celebaretur Concilium, & quidem in loco, qui tam sibi, quam Imperii Principibus commodus, & ad Ecclesiæ negotia ibi-

B 3 dem